

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4262

Auteur(s) : Innocent IV [pape]

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1213, 17 juin

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Innocent (III) confirme les possessions de l'abbaye Sainte-Trinité de La Lucerne.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° XLIV, p. 38-39.

Texte établi d'après a

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati et conventui Sancte Trinitatis de Lucerna, Premonstratensis Ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem offitii nostri, ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam et personas vestras cum omnibus que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis, prestante domino, poteritis adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesiam Sancte Marie de Rochella, ecclesiam Sancte Marie de Montevirun, ecclesiam Sancti Johannis le Thomas, ecclesiam Sancti Vigoris de Campellis, ecclesiam Sancti Sansonis de Angeio, ecclesiam Sancti Leonardi de Ruffevielle, dimidiam ecclesiam Sancti Georgii de Liveia, ecclesiam Sancte Marie de Torvilla, ecclesiam Sancti Georgii de Raaiz, ecclesiam Sancti Petri de Mesnil Robert, ecclesiam Sancti Martini de Tribehou, quartam partem ecclesie de Erengarvilla, ecclesiam Sancti Georgii de Orbahaia, cum pertinentiis earundem ; totam terram et nemus cum omnibus decimis tam de genestis quam de bladis et nemore quas habetis in parrochia de Lucerna ; molendinum quod ibidem habetis cum omnibus pertinentibus et consuetudinibus suis ; decimas quas habetis in parrochia Sancti Petri Lansger ; decimas quas habetis in Suligneio et in Dunvilla, et in Grimovilla et in Tribehou, et in Pomeria et apud Moion ; tertiam garbam decimarum de Thesseio et decimam molendinorum de Moion ; locum in quo fundatum est monasterium vestrum cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis et cum omnibus libertatibus, consuetudinibus et immunitatibus in eisdem hactenus observatis ; totam terram quam habetis in parrochia Sancti Ursini cum decimis, et totam terram quam habetis apud Sanctum Leodegarium et apud Sanctum Petrum Lansger ; quatuor quarterios frumenti in molendino de Ponte, et decimam molendinorum de Sancto Petro, de Donvilla, de Montevirun, de Cornical, de Valleseie ; decimam molendini de Murdacheria ; redditum quem habetis apud Marceium et apud Crolum, et pratum de Sancto Ligerio ; sex quarterios frumenti in molendino de Musca, et quinque quarterios in molendino de Chantepia, et quartam partem molendini de Nigro Palude, et redditum quem habetis apud Canbas ; redditum quem habetis in feodo Sancti Severi, apud Sanctum Severum, et redditum quem habetis apud castrum

Virie ; quindecim quarterios frumenti in molendinis de Sancto Johanne et vineas juxta ecclesiam ejusdem ville ; beneficium prebendarum canonicorum Abrincensium, post eorum obitum ; vineas quas habetis apud Chambuerce ; domos et plateas et omnes redditus quos habetis apud Abrincas ; totam terram de Cruceta cum nemore, et omnes terras et redditus quos habetis, apud Constantias et apud Torvillam et apud Isnelvillam et apud Montem Catonis et apud Grimolvillam et apud pontem de Rocca ; duodecim quarterios frumenti in molendino de Contreriis ; decem quarterios in molendino de Camporepulso ; decem quarterios in molendino Sancti Vigoris et decimam ejusdem molendini ; decimam ferie de Monte Pincon ; molendinum foleor de Landa Darou cum pertinentiis suis et molendinarium cum tenimento suo ; tres quarterios frumenti in molendino de Landa ; redditum quem habetis apud Angeium et terram et apud Raaiz (sic) ; et omnes alias decimas, redditus, terras et possessiones vestras, sicut predicta omnia juste ac pacifice possidetis et in instrumentis confectis exinde continentur, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani XV. kalendas julii, pontificatus nostri anno quinto decimo.